

*Mane confurgent, & non invenient me.* Ipsum tempus extremi examini, quo alii in vitam aeternam, alii in opprobrium refugent sempiternum, aperte designat.

*Eo quod exsamt habuerint disciplinam, & timorem Domini non sacerperint, nec acquerierint consilio meo, & destraxerint universa correptionis mea.* Merito salutem privantur, qui principium sapientiae timorem Domini & disciplinam, non modo non habent, sed & odiis insequeuntur. At salutis filius, Iniquos, inquit, odio habui, & legem tuam dilexi.

*Comedem igitur fructus via sua.* Viam eorum dicit, de qua supra dixerat: Pedes enim illorum ad malum currunt. Quia, inquit, vias meas ingredi noluerunt ut viverent, recipient mercedem viarum suarum, ut in aeternum pereant. At contra his qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus, dicitur: Labores fructuum tuorum quia manducabis, beatus es, & bene fide erit.

*Suisque consiliis saturabuntur.* Quia meo consilio quo illos salvare decreveram, acquiescere renuebant, saturabantur suis quibus aiebant: Abscondamus tendiculas contra infonitem.

*At contra his qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus, dicitur: Labores fructuum tuorum quia manducabis, beatus es, & bene fide erit.*

*Aversio parvolorum interficiet eos.* Parvulos non aterte, sed sensu dicit: quibus supra dictum est: Usquequo parvuli diligunt infantiam? Qui non parvuli, sed perfecti sensibus esse potuisse, si non a consilio sapientiae auditum averterent, quo autem averterent, eo se aeterna morti definabant.

*Et prosperitas stultorum perdet illos.* Cum nullis retardantibus adversis perfecerint actu, quod meditantes aiunt: Omnia pretiosam substantiam reperiemus. Item aversio parvolorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos:

quia saepe aversus a timore conditoris animus, jam de ira eiusdem justi conditoris patitur, ut in his qua peccat, nihil sustinere videatur adversi; sed ut beatus Job dicit: Dicunt in bonis dies tuos, & in puncto ad inferna descendunt. Item aversio parvolorum, tribulatio vita praesentis. Prosperitas stultorum, letitia est reproborum. Per haec enim gemina via, cuncti reprobi pereunt: cum eos aut prosperitas hujus facili elevat, aut adversitas dejectit.

*Qui autem me audiret, absque terrore requiesceret.* Potest & in hac vita, & in futura intelligi: quia qui Dominus perfecte deservit, nullis teretur adversis: immo gaudet in adversis: & in ipsa morte quasi de ingressu vita latatur, quietumque semper a supervacuis cogitationibus ac tumultibus tentationum peccatis juvante Spiritus sancti gratia gerit, quod requies septimi diei in lege mystice signabat. Sed cum transierit eterno, non solum absque timore malorum, sed & in magno gaudio sperata resurrectionis quieter: ut Lazarus in finu Abraham.

*Et abundantia perfructur, timore malorum sublato.* Nunc abundantia bonorum operum, ablato timore eorum qui occidunt corpus, tunc abundantia gaudiorum in premio. Quanta enim ibi abundantia bonorum omnium, ubi gloriam ejus a quo sunt omnia bona licet intueri, ablato prorius timore omnium, quae aliquid adversi ulterius afferant.

## Caput II.

**F**ili mi, si suscepseris sermones meos, & mandata mea absconditis penes te. Abscondit mandata Dei penes te, qui haec audiens, sollicitus in corde recedit, iuxta illum qui ait: In corde meo abscondi eloqua tua, ut non peccem tibi. Est enim summopere curandum, ne nobis haec, iuxta Parabolam Evangelii, dæmonia quasi semen fecus viam ja-cketum, volvices tollant.

*Ut audiatur sapientiam auris tua.* Ille enim sapientiam aure non audire probatur, qui verba Dei auditu tantum corporis percipiens, non vult memoria retinere ut haec operetur. Si ergo mandata Dei fixo amore discendi & custodiendi suscepseris, primo humiliatis viam tene: hoc est enim quod subsequenter adjicetur.

*Inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.* Inclina quippe, est cor ad cognoscendum prudentiam humiliare, & emundare cor, ut dignum fiat ad percipienda mysteria veritatis. Unde eadem sapientia patri loquens ait:

*Si enim sapientiam invocaveris, & inclinaveris cor tuum prudentiae.* Nullum invocare, id est, in nos orando vocare, nisi Deum debemus. Cum ergo sapientiam invocandam esse docet, ostendit se proculdubio non quamlibet sapientiam: id est, notitiam rerum celestium sive terrestrium, sed ipsam deitatis cognitionem nobis ad sequendum proponere. In hujus namque perceptione sapientia, summa est perceptio beatitudinis: ipsa attestate qua patri pro nobis supplicans, ait: Haec est autem vita aeterna, ut cognoscamus te solum & verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Notandum est autem quod & sapientiam invocare, & nosmetipos ad noscendam prudentiam, cor inclinate suadet. Quia nimur necesse est, ut divinum in cunctis flagitiorum auxilium: & ipsa Domino adjuvante bona qua valemus agamus. Neque enim sine ipso quicquam facere possumus, nec rursum sine nostro conamine quantumcumque habere valemus, quapropter nos ab ipso salvandos esse credamus.

*Si quiesceris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam.* Si ranta cura sapientiam, quanta cupidi querunt pecuniam: vel certe si tam sollicitè quiesceris sapientiam: ipsa sapientia (quasi infinita per hanc ineffabilis divitias si acquisiturus) percipies premia qua subsequenter exponuntur. Qui vero thesauros effodit, ejicit rudera terra, & facit in altum foveam, sedulus infatu labori, donec ad thesauros quos querit attingat. Et qui thesauros sapientiae invenire desiderat, quicquid sibi terrenum ineffe deprehenderit expurget, carnales illecebras absindat, fossam in se humiliatis faciat, nec quiescat ab agendo prius quam se venam veritatis inventa cognoverit.

*Tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Domini invenies.* Si sollicito corde quiesceris, pervesnes ad experientiam amabilis Domini: qui non initium, sed perfectio est sapientiae & scientiae. In hac duxit vita. Ideo non eum perfecta dilectio foras mittit, sed facit permanere in seculum seculi: sed & scientiam ipsius divinitatis, que perpetuo beatum facit, invenies.

*Quia Dominus dat sapientiam.* Respicit hic versiculos ad hoc quod supra dixerat: si enim sapientiam invocaveris &c. usque dum ait: & scientiam Dei invenies. Ideo namque sapientia, id est, Dominus invocandus est ad accipendi sapientiam, quia sapientia non a nobis ipsi haberet potest, sed a Domino datur. Taceat Pelagius redargutus ab Apostolo, qui ait: Quid enim habes quod non acceperisti? Et Apostolus Jacobus: Si quis autem vestrum, inquit, indiget sapientiam, postulet a Deo.

*Et ex ore ejus scientia & prudentia.* Potest in hoc versiculo ipsa ineffabilis & coetera Deo patri sapientiae nativitas intelligi, de qua alibi dicit: Ego ex ore altissimi prodii primogenita. Potest os Domini & in sanctis ejus accipi, unde dici solet in Prophetis: quia os Domini locutum est. Et ex ore ejus scientia nascitur & prudentia. Quia nisi ipse humanum sanctificet, nisi hoc suum ipse dignanter efficiat, perfectam loqui sapientiam nullatenus valeret.

*Custodiet rectorum salutem, & proteget gradiientes simpliciter.* Cognoscit sibi sunt virtutes, rectitudine & simplicitas: Neque ab invicem queunt separari. Unde & sapientia unam earum sine altera non quærat, sed in quibuscumque ambo convenienti, hos custodit & protegit. Denique de beato Job dicitur: Quia erat vir ille simplex & rectus: simplex videlicet per innocentiam mansuetudinis, rectus per cautelam dictionis. Simplex, quia nullum ladere, immo cunctis prodesse desiderabat: rectus, quia se a nullo corrumperemitterebat.

*Servans semitas iustitiae, & vias sanctorum custodiens.* Vias sanctorum generalia Domini mandata, semitas iustitiae, arctiora vita coelestis instituta, que perfectis solum accessibilis sunt, dicit. Utraque autem sapientia servat, ut in quocumque virtutum gradu rectos juvet ac simplices.

*Tunc intelliges iustitiam & judicium & aequitatem, & omnem semitam bonam.* Si intraverit sapientia cortuum: & scientia anima tua placuerit: Consilium custodiet te, & prudentia servabit te: ut eriaris de via mala, ab homine qui perversa loquitur. Viam malam, opera iniqua: hominem perversa loquentem, doctorem dicit iniqua operationis. Viam malam, inquam, vocant, qui dicunt, yeni nobiscum.

insidiemur sanguini; perversa loquentem eum, qui hujus auctor est fuationis.

*Qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebras.* Pulchre itineri recto vias tenebrosas oppoluit, quia nimur iter recte actionis in luce peragitur, atque ad lucis superna gaudia ducit. At sicut Deus ait: Omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguitur ejus opera: & talis finem exterioribus sortitur in rebus.

*Qui letantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis.* Quorum vias perversa sunt, & infames gressus eorum. Ideo malefici exultant, quia per vias tenebrosas ambulant, & nesciunt quo eunt. Si enim qui ad pœnam tendunt aspicerent, gressus unique cohierent, noxiisque latitiam salubri fletu castigarent.

*Et eriaris a muliere aliena, & ab extranea que mollit sermores suos.* Pendet hic versus a superioribus, ubi dictum fuerat, prudentia servabit te. Et est sensus, prudentia servabit te, ut eriaris a muliere aliena. Quia ergo prius Salomon auditorem suum, quem sapientiam docere fatigat, admonuit ne latronibus jungere te: ne si videret furem, simillameretur cum eo, sed recte ac simpliciter incederet: Nunc commonet ne cum adulteris portionem suam ponat. De quibus & hoc quod supra dicitur: ut eriaris de via mala, ab homine qui perversa loquitur, potest specialiter intelligi. Quia enim perversor locutus, quam ad stupra suaderi: quod capitulum incipit a loco ubi ait: Fili mi, si suscepseris sermones meos, & mandata mea absconditis penes te. Potest autem per mulierem extraneam, hereticorum pravitas intelligi a Christi & Ecclesiæ membris aliena, que molliit disertitudinis & lingua blandimenti, corda deciper innocentem foler. Psalmista: Mollierunt sermones suos super oleum, & ipsi sunt jacula.

*Et reliquit ducem pubertatis sue, & paci Dei sui oblitus est.* Patet de adulteria, quia primum virum reliquit, & paci Dei oblitus est, ejus nimur quod cum viro suo, Domino teste, tempore nuptiarum pepigit, quod fidem sibi castitatis alterutrum fervent. Pater & de mente heretica, quia reliqui doctorem a quo fidem Ecclesiæ didicerat, & obliterata est paci Dei sui, hoc est fidei ipsius dominica, quia in symbolo continetur, quam se de baptismatis servaturam esse promiserat.

*Inclinata est enim ad mortem domus ejus, & ad inferos semite ejus.* Omnis conversatio adulterea ad interitum dicitur: & quamvis blanda videatur ac manueta, non minorem sentier in fine vindictam, quam qui latrocino aperte impunitati famulantur. Potest domus adulterea, ipsa ejus caro in qua turpitudini ac luxuria substermitur accipi, que novissimi tempore judicis non ad vitam, sed perpetuam resurgent ad mortem. Sed & hereticorum domus, quia super arenam construitur, & culm staret, vergit ad casum, suisque clementis quasi quibusdam semitis in impiorum confortia, id est, ad spirituum tendit tormenta malignorum.

*Omnis qui ingrediuntur ad eam, non revertentur, nec apprehendent semitas vita.* Ad eam, ad mortem dicit, non ad mulierem. Potest enim qui adultero mixtus est, Domino juvente reverti, ac vitam penitendo mereri. Potest qui heresi pollutus est respicendo redire ad salutem: at qui semel aeterna morte raptus est, nunquam redit ad vitam, quod contra Origenianos propriè dictum est, qui hereticis, mere-tricibus, cunctisque flagitorum turbis, & infuper ipsi diabolo atque angelis ejus post innumeram licet expleti universalis iudicii tempora, remissionem scelerum vitam ac regnum protinus in celis, male intelligentes illud Isaia: Et claudentur impii in carcere, & post dies multos visitabuntur; quasi post multa tempora terminati judicii salvandos dixerit impios, cum ille est contra nullam eis salutem tribuat, sed eos qui hoc tempore mortui, pro enormitate flagitorum claudi merentur in carcere penarum, tempore resurrectio ad modicum visitandos significet, tantum ut receptis corporibus in iudicio gravibus damnentur, & continuo post iudicium atrocioribus perpetuo recludantur in penit. Quamvis & ita recte possit accipi: Omnes qui ingrediuntur ad eam, id est, ad meretrice, sive ad domum ejus, non revertentur, quia quantum attingit ad naturam iniqua sua voluntate depravatam, recursum per semetipsam non habet: sed per Dei gratiam, qua adjuvatur & instruitur, ut semitas vita apprehendat. Designatum est enim hoc dicto pondus iniquitatis, ut cum revertitur quis,

## Caput III.

**F**ILI mi, ne obliviiscaris legis mee, & precepta mea custodiat cor tuum. Hinc docet misericordia operibus insistendum, neque nostris fidendum viribus: sed a Deo auxiliis esse flagitandum. Et congruo satris ordine postquam coerulei a crudelitate, postquam a luxuria castigavit, ornata actibus bonis quem instruit.

*Longitudinem enim dierum & annos vita, & pacem apponit tibi.* Ne imposta praceptorum custodia turbaret audientem, præmisit premia certa, & si enumeravit praecipa. Longitudine dierum, lucem scimus: annis vita, transiitum mortalitatis hujus: augmento pacis, ipsum aeternam beatitudinis statum designat. De qua dicit Ieremia: Multiplicantur ejus imperium, & pacis non erit finis. Sed & priori Dei populo in praesenti datum est, ut cum legi Dei obediret, longo tempore in pacis quiete viveret.

*Misericordia & veritas non te deserant.* Nunquam ab ore tuo veritas qua dicenda, nunquam ab opere misericordia qua proximo sit impendenda, recedat. Sic enim fit, ut & te Dei semper misericordia prosequatur & veritas: misericordia videlicet, qua delect peccata tua. Veritas vero, qua compleat promissa tua.

*Circum la eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui.*

In gutture, organum vocis: in tabulis cordis, latitudinem insinuat cogitationis. Sit ergo virtus misericordia & veritatis radici infixi mentis: promatur & voce loquentis: ut & occulto in secessori arcana placeant intentionis, & proximos juvent officia locationis. Bene autem virtutes circundari docet gutturi, cum vox loquentis potius intus in gutture fieri soleat, quia videlicet prædicationis vox de internis emanat, sed extra circumdat. Nam quo alios ad bene vivendum